

verit: mariti⁷ quoque ejus prateritæ tutelæ gestæ ratiociniis bona jure pignoris tenebuntur obnoxia. — Dat. 6 id. * THEOD. * A. 17 et FESTO CONSS. 459.

7. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Sancimus, de inventis⁸ a conductore rebus, et illatis, quo domino pro pensionibus tacite obligantur, non solum in ultrae Roma, et territorio earum hoc ius locum habere, sed etiam in nostris provinciis. Tali enim justa præsumptione etiam omnes nostros provinciales perpetui desideramus. — Dat. 18 kal. novembr. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC., anno secundo 552.

TIT. XVI.

SI ALIENA¹ RES PIGNORI DATA SIT.

1. Imp. SEVERUS et ANTON. AA. Carpo.

Procurator² citra domini voluntatem domum pignori frustra dedit: si pecuniam creditoris in rem domini versari constabat, non inutilis erit exceptio³, dantaxat quod numeratum est ex solvi desideratur. — P. P. 11 kalend. novemb. SEVERO A. 2 et ALBINIO CONSS. 493.

2. *Idem*, AA. Latine.

Si probaveris præsidi [prædia vel] hortos, de quibus agebatur, tuos esse, intelligis obligari eos creditori ab alio non posuisse, si non scis hoc agi, in fraudem creditoris ignorantis dissimulasti⁵. — P. P. id. octob. ANTONINO A. 2 et GETA 2 CONSS. 206.

3. Imp. ANTONINUS A. Martie.

Curator adulti, vel tutor pupilli⁶, propriam rem mobilem ejus cuius negotia tueri, pignori jure non obligari potest: nisi in rem⁷ ejus pecuniam mutua accipiat. — P. P. 6 kal. febr. DUBUS et ASPRIS CONSS. 213.

4. Imp. ALEXANDER A. Secundo.

Nec si major annis vigintiquinque fuisset filius⁸ tuus, qui in potestate tua erat, te invito rem tuam obligare potuit. — P. P. 5 kal. novemb. MAXIMO 2 et AELIANO CONSS. 224.

5. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. Eutychio.

Cum res quæ needum in bonis debitoris est, pignori data ab eo, postea⁹ in bonis ejus esse incipiatur: ordinariam quidem actionem super pignore non competere, manifestum est: sed tamen aequitatem facere, ut facile utilis¹⁰ persecutio exemplo pignoratice detur. — P. P. 13 kal. Jun. MAXIMO 2 et AQUILINO CONSS. 286.

6. *Idem*, AA. et CC. Zosimo.

Quæ prædium in filios a se titulo donationis translatum, creditori suo dat pignori, se magis contrario pignoratice obligat judicio, quam quicquam dominis noceat: cum Serviana etiam actio declarat evidenter jure pignoris teneri non posse, nisi quæ obliganti in bonis fuerint: et per alium rem alienam invito domino pignori obligari non posse certissimum est. — S. 5 idib. Jul. PHILIPP. AA. et CONSS.

7. *Idem*, AA. et CC. Corneliae.

Si in rem suam accepta pecunia mutua tutor¹¹ mancipium tuum pignori dedit, nec huic post perfectam statem consensum accommodasti, pignori res obligari non potuit. — S. 6 kal. Januar. AA. CONSS.

8. Imp. HONOR. et THEOD. AA. Joanni P. P.

Nexum non facit prædiorum, nisi persona quæ jure potuit obligare. Per servum autem, aut per procuratorem¹², colonumve, actorem, seu conductorem, [ullum] prejudicium possessionis invito, vel in inicio domino imponi non posse, et jure, et legum autoritatibus declaratur. — Dat. id. Jul. RAVENNÆ, HONORIO 13 et THEODOSIO 10 AA. CONSS. 422.

⁷ L. 2, supr, quando mulier tut. off. lungi, potest N. 22, c. 40. — ⁸ L. 5, supr. h. t. TIT. XVI.—1. Lib. 20, D. 5; addit. tit. supr. quo res venire. — 2. L. 8, D. de pignorib; 2. 5, Inst. ex quib. caus. manum. — 3. L. 6, 7, 8, D. de pignorib. — 4. L. 2, in fin. infr. de resmiss. pign.; immo vide 2 ult. Inst. quib. mod. re contral. — 5. Confer L. 1, infr. de donat. — 6. L. 15, D. de pign. act. fac. L. 5, L. 7, supr. de hered. vel act. vend. — 7. L. 15, 2, 3, D. de pignorib. — 8. Immo vide L. 40, D. de pign. act. addit. L. 4, supr. de execut. rei jud. — 9. L. un. infr. de athlet. lib. 10, tit. 55: L. 6, 2, 15, D. de excus. — 10. L. ult. D. h. t. — 11. L. 12, et Auth. infr. supr. de obligacionib. — 12. L. 2, supr. tit. pres. — 13. L. 8, et Auth. agricultores, infr. h. t. — 14. L. 7, supr. et Auth. agricultores, infr. cod. — 15. L. 8, D. de instructo. — 16. L. 4, D. de pignorib.

⁹ L. 2, supr.

¹⁰ L. 2, supr.

¹¹ L. 2, supr.

¹² L. 2, supr.

¹³ L. 2, supr.

QUÆ¹ RES PIGNORI OBLIGARI POSSUNT, VEL NON, ET QUALITER PIGNUS CONTRAHATUR.

1. Imp. SEVER. et ANTON. AA. Optato.

Alumnus² tuos, et cæteras res, quæ neminem credibile est pignori specialiter daturum fuisse, generali³ pacti conventione, quæ de bonis suis facta est, in causa pignoris non fuisse rationis est. — P. P. kal. April. LATERANO et RUFINO CONSS. 498.

2. *Idem*, AA. Rogato.

Cum constet pignus consensu⁴ contrahi: non dubitamus, eum, qui exemptions⁵ agrorum suorum pignori posuit, de ipsis agris obligandis cogitasse. — P. P. 5 kal. Jul. APRO et MAXIMO CONSS. 208.

3. Imp. ANTON. A. Restituto.

Si monumento corpus filii tua intulisti, religiosum id fecisti: quo debitori obligari a quopiam, prohibente juris religione non posse, in dubium non venit. — P. P. 3 kal. April. LETO 2 et CEREALE CONSS. 216.

4. Imp. ALEXAND. A. Evocato.

Nomen⁶ quoque debitoris pignorari, et generaliter, et specialiter posse, jam pridem placuit. Quare si debitor is satis non fecerit, cui tu credisti: ille, cuius nomen tibi pignori datum est, nisi [ei] cui debuit, solvit, nondum⁷ certior a te de obligatione tua factus, utilibus actionibus satis tibi facere usque ad id, quod tibi deberi a creditore ejus probaveris, compelletur: quatenus tamen ipse debet. — P. P. prid. kal. Mart. FUSCO 2 et DEXTERO CONSS. 226.

5. *Idem*, A. Septimi.

Spem eorum premiorum⁸, quæ pro coronis⁹ athletis pensilanda sunt, privata pactione pignorari minime admittendum est: et ideo, nec si generaliter pactum de omnibus bonis pignori obligandis intervenerit, tenet, si personali actione eum habuit obligatum, preponi rempublicam sive pignoris [in] his, quæ ex auctoritate⁶ ejus, qui jubere potuit, servandi judicati⁷ causa occupavit. — P. P. 2 id. decemb. LETO 2 et CEREALE CONSS. 216.

6. *Idem*, A. Varo.

Si fundum pignori accepisti, antequam reipublica sive obligaretur, sicut prior⁹ es tempore, ita potior es jure. — P. P. 5 id. octob. ANTONINO A. 4 et BALBINO CONSS. 214.

7. Imp. CONSTANTINUS A. ad universos provinciales.

Executores a quocunque judge dati ad exigenda debita ea, quæ civili poscuntur, seruos aratores¹⁵, aut boves aratores, [aut instrumentum aratorum] pignoris causa de possessionibus non abstrahant, ex quo tributorum illatio retardatur. Si quis igitur intercessor, aut creditor, vel prefectus pagi [vel vici], vel decurio in hac re fuerit detectus: estimando a judge supplicio subjungetur. — Dat. 3 non. Jun. SIRMII, CONSTANTINO A. et LUCINIO CONSS. 312.

8. Imp. HONOR. et THEOD. AA. Probo com. sacr. larg.

Pignorum gratia aliquid, quod ad culturam¹⁴ agri pertinet, auferri non convenit. — Dat. 6 id. Jun. CONSTANTE et CONSTANTIO CONSS. 414.

In AUTHENT. col. 10, de statutis, et consuetud. contra ecclesias libertatem editis, § Agricultores, et est constitutio Friderici.

Agricultores circa rem rusticam occupati, dum villis incident, dum agros colunt, securi sint, in quacunque parte terrarum: ita ut nullus inventatur tam audax, ut personas, boves, et agrovim¹⁵ instrumenta, aut si quid aliud sit, quod ad agrovim operam rusticam pertineat, invadere, aut capere, aut violenter auferre presumat. Si quis autem hujusmodi statutum ausu temerario violare presumpserit, in quadruplum ablata restituat: et infamie notam ipso jure incurat: imperiali animadversione nihilominus puniendus.

9. Imp. JUSTINIANUS A. Mennae P. P.

Si quis in cuiuscunq[ue] contractus instrumento ea verba posuerit, Fide et periculo rerum ad me pertinentium, vel per earum exactionem sa tisferi tibi promitto: sufficere¹⁶ ea verba ad rerum tam earum quas in

¹⁰ L. 2, supr.

¹¹ L. 2, supr.

¹² L. 2, supr.

¹³ L. 2, supr.

¹⁴ L. 2, supr.

¹⁵ L. 2, supr.

¹⁶ L. 2, supr.

presenti debitor habet, quam futurum hypothecam sancimus: nec ex prioribus sanctionibus minus habere specialis hypothecam memoriam videt: cum sit justum voluntates¹⁷ contrahentium magis, quam verborum conceptionem inspicere. Super qua generali hypotheca illud quoque ad conservandam contrahentium voluntatem sancimus, ut si res suas¹⁸ supponere debitor dixerit, non adjecto, tam presentes quam futuras, jucundam generalis hypothecæ etiam ad futuras res producatur. — Dat. 3 id. decemb. CONSTANTINOP., DN. JUSTINIANO A. P. P. 2 CONSS. 528

9. *Idem*, AA. et CC. Asclepiodoto.

Eos¹⁶, qui accepérunt pignora, cum in rem¹⁷ actionem habeant, privilegiis omnibus, quæ personalibus actionibus competunt, præferri constat. — Dat. 5 non. decemb. CC. CONSS. 295.

10. *Idem*, AA. et CC. Pollipeucæ.

Cum tibi pro dote quam accepérat maritus, res obligavit: eo mortuo hi, quibus easdem pignori dederat non offerentes debitum, nulla possunt persequi ratione. Nam chirographarios creditoris, nec in rem, nec in personam eos, qui debitorum non probantur successisse, ulla ratione convenire posse, manifestum est. — P. P. non. decemb. CC. CONSS. 295.

11. Imp. LEO A. Erythrion P. P.

Scripturas, quæ sepe assolent a quibusdam secreta¹⁸ fieri, interventibus amicis necne, transigendi, vel pacisciendi, seu fenerandi, vel societatis coeundi gratia, seu de alij quibuscumque causis, vel contractibus conficiantur (qua id est: a græce appellantur): sive tota series earum manu contrahent, vel notarii, vel alterius cujuslibet scripta fuerit, ipsorum tamen habeant subscriptio¹⁹, sive testibus adhibitis sive non: licet conditionales²⁰ sint, (quos vulgo tabularios appellant), sive non, quasi publice conscriptas, si personalis actio exerceatur, suum robur habere [decernimus]. Sin autem jus pignoris vel hypothecæ ex his instrumentis vindicare quis sibi contendit: cum qui instrumentis publice²¹ confectis nititur, præponi [decernimus], etiam possit ostendere in contineatur: nisi forte probate atque integræ opinio[n]is trium²², vel amplius virorum subscriptio[n]es eidem idiochiris contineantur: tunc enim quasi publice confecta accipiuntur. — Dat. kal. Jul. CONSTANTINOP., MARTIANO et ZENONE CONSS. 469.

In AUTHENT. de instrum. cautela et fide, § Si quis igitur et § Sed et si quis, col. 6, tit. 2, al. 3, Novell. 73, c. 1 et 2, quam posuit hic Albertus.

Si quis vult caute deponere, non soli credat accidentis scriptura, sed advocet etiam testes idoneos, et fide dignos non pauciores tribus. Sed et si quis aut mutui²³ instrumentum, aut alterius cujuspiam contractus fecerit, et notuerit hoc specialiter in publico confiteri: non ex ipso videatur credible, quod scribatur super multuo documentum, nisi etiam trium testimoniū adhucbeatur praesentia fide dignorum, ut sive

veniant, et subscriptio[n]es propriis attestentur, sive alii quidem testifientur, quia eis praesentibus confectum est documentum: fidem eandem ex uera cause percipiat. Si tamen quisquam aut deponens, aut mutuans, aut alias contrahens, contentus sit sola scriptura ejus cum quo contrahit, scilicet scripturam²⁴ non sufficere ad probationem.

12. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Assiduis²⁵ additionibus mulierum inquietati sumus, per quas suas doles desperatis esse lugebant, et ab anterioribus creditoribus substantias maritorum detentas. Nos itaque ad antiquas leges responsum, in personalibus actionibus rei uxoris actioni²⁶ (quam in praesenti sustulimus) magnam prerrogativam²⁷ præstantes, ut contra omnes pene personales actions habeant privilegia, et creditoris alios antecedant, licet fuerint anteriores. Et hoc cum in personalibus statuerant actionibus, si hypothecam respiciebant, illico iustitia vigorem relaxabant, et senioribus hypothecis novas mulierum hypothecas, si habebant actions expellebant: nec ad fragilitatem mulierum respiciebant, nec quod, et corpore, et substantia, et omni vita sua maritus fungitur: cum pene mulieribus tota substantia in dote constituta sit. Oportebat enim disponi maritos creditoribus suis ex sua substantia satisfacere, non de dote mulieris, quam ad suos victimas, si quis alios almonias mulier possidet, vel a semetipsa datam, vel pro ea ab alio. — § 1. Ad [haec] omnia resipientes, et reminiscentes, quod et alias duas²⁸ constitutiones fecimus pro dotibus, mulieribus subvenientes, et haec omnia in unum colligentes, sancimus, ex stipulata actionem, quam mulieribus jam pro dote instituenda dedimus²⁹, cuique etiam tacitam donativam inesse hypothecam, potiora jura contra omnes³⁰ habere mariti credidores, licet anterioris sint temporis privilegio

supr. de pignorib. — 16. L. 6, supr. de hon. auctor. jud. poss. — 17. L. 18, supr. de pignorib. — 18. L. 34, § 1. D. de pignorib. — 19. L. 17, supr. de fid. instrum. — 20. L. 7, infra de jure fisci. — 21. L. 17, vel. infra tabellam: L. 20, supr. de fid. instrum.; L. 44 et 53, c. 5, 1, 2, 3; addit. L. 25, supr. ad SC. Vellei. — 22. d. L. 20, d. L. 25; N. 75, c. 1, 5, 7, 9, 11, 23. L. 1, ult. supr. ui in poss. leg. — 3. L. ult. 2, 6, supr. de jure delib. — 4. L. 4, infra h. t. — 5. L. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56,

